Quelle: https://manuscripta.at/?ID=365
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

in causa ipsa procedatis. et si forte pro
cessistis. nec mandatum nostrum. nec fa
ctum vestrum volumus illorum sententie derogare
sed vobis firmiter iniungimus. ut hoc prenominato
266 minato perpetuum super eadem causa auctoritate apostolica
imponatis silentium.

Cum inter alios preminemus suprema licet
immeriti dignitate debemus que dubia
sunt declarare et singulorum consultationibus
quantum nobis dominus ministrat sollicite
respondere. ut sic examine romane ec
clesie terminetur que inter alias ecclesias
disponente domino obtinet principatum.
Unde quia nos tua fraternitas consulere
voluit. utrum episcopus parrochianum suum
publica fama eum accusante ad
purgationem cogere possit. consultatio
ni tue taliter respondemus quod si de aliquo crimine publica
laboret infamia accusatore et testibus
deficientibus ad purgationem per dyoce
sanum episcopum est compellendus. nisi super
sententia ipsa forte ad superiorem iudicem
duxerit appellandum. Sane si appellaverit
eius appellatione iudicio ad eius examen
267 causam volumus per appellationem transferre.

Super eo vero quod certificari desideras an si aliquis
de aliquo facto manifesto ante iudicem conventus
fuerit hii qui facto interfuerunt cogendi sunt ad
perhibendum testimonium veritati. et tamen
nullominus innotescere quod si factum est manifestum
non cogitur depositionibus testium declarari cum
manifesta facta ut tua non ignorat
discretio probatione vel ordine iudicia
rium non indigeant. verum si manifestum non est
et is conventus factum negaverit testes qui
interfuerunt facto de consuetudine romane
ecclesie monendi sunt vel cogendi ad testimonium
ferendum veritati nisi forte timore adverse
partis constare iudici que ferendo te
stimonio eos revocari licet forte de ri
gore iuris humani adhiberi possunt conpel
li.

Si vero presbyter vel alius clericus adversus laicum de rebus 268
suis vel ecclesie impetierit. vel laicus res
ipsius ecclesie non necessarie vel presbyteri vel clerici quietum
exinde petierit. si sua laicus propter asseverat laicus
ipsum debet de rigore iuris super hoc ad fo
rensem iudicem trahere cum actor forum
rei semper sequi debeat. licet in plerisque partibus
aliter de consuetudine fiat.

Quia vero homicidia vel simultate aliquis 269
parrochianus a iudicio diocesani
episcopi exemptum quia nos consulere voluisti. ad hoc
respondemus quod non solum pro inimicicia sed pro quacumque mani
festa causa suspicionis potest iudicium sui
episcopi evitare et ad iudicem superiorem recurrere
cum nullus a suspecto iudice debeat
iudicari.

Dilecti filii nostri abbas et fratres monasterii 270
sancti eadulfi transmissa nobis insinuatione
monstraverunt quod cum a clericus super ecclesia de con
tesim que ad predictum monasterium debet
pertinere eis questionem movisset. tacita veri
tate non contra eos sed contra quemdam vicarium suum
quem in eadem ecclesia constituunt advena
bile fratrem nostrum wingensem episcopum impe
travit litteras quibus idem episcopus predictum vicarium una
cum eodem a. ante presentiam suam vocasset
vicarius ipse actore prescripti monasterii qui
ad partes illas accesserat memorato episcopo
dixerunt quod idem vicarius super ecclesia pre
scripta conveniendus non erat cum eam non
suo nomine sed abbatis possideret quare si
bi exinde absente abbate et ignorante
respondere nullatenus tenebatur. unde
ad presentiam nostram appellavit sed predictus episcopus